



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1863**

LXXXIX. Markgraf Siegmund verkauft dem Kloster Lehnin Stadt und Schloß Potsdam mit dem Kietz, der Mühle, dem Zoll, der Heide, einem Theile der Havel und mehreren Seen, so wie mit der Haken- und ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

LXXXIX. Markgraf Siegmund verkauft dem Kloster Lehnin Stadt und Schloß Potsdam mit dem Riez, der Mühle, dem Zoll, der Heide, einem Theile der Havel und mehreren Seen, so wie mit der Haken- und Neuenburger Mühle, am 27. September 1382.

Nos Sigismundus, dei gracia Heres Regni Polonie, Marchio Brandenburgensis, nec non Sacri Romani Imperii Archi-Camerarius, Recognoscimus publice per presentes, Quod matura inter nos deliberacione prehabita, de nostrorum Consiliariorum consilio sufficienti, pensataque vtilitate terre nostre, maxime eciam vt diuinus cultus crescat et augeatur, Deuotis et dilectis nobis in christo Abbati, Conuentui ac Monasterio Lenyn Cisterciensis ordinis Brandenburgensis diocesis, iusto vendicionis tytulo, rite atque racionabiliter, vendidimus pro Quadringentis sexagenis grossorum Pragensium, nobis imparato traditis ac perfolutis ab eisdem, Opidum cum Castro Postamp cum vico, qui dicitur Kytz ac molendino adiacentibus, Theolonium, cum magna merica, que dicitur Postampferheide, cum aquis, ad dictum Opidum antiquitus pertinentibus, quarum Aquarum fines, et termini, in Obula superius, versus Spandow vsque ad tractum (inclusiue, qui dicitur) Sypinhorne, (prope villam Clodow, et vsque ad tractum, qui dicitur Hwnt, eciam inclusiue, inferius vero inclusiue) versus Ketzin, vsque ad illam partem Obule, que dicitur Gemunde protenduntur, In quibus aquis modus piscandi, cum magnis et paruis retibus antiquitus obseruatus inuolabiliter debeat obseruari. Predictis eciam aquis adiacent Stagna, quorum vnum dicitur Wansa, Alterum Grunensee, Tertium Wittinsee<sup>1</sup> cuius fines protenduntur, prope Vorland, Quartum vero extra Obulam, quod dicitur Gribenicz prope villam, que dicitur Slauiica Stolp (cum) ceteris aquis et Stagnis, quibus<sup>2</sup> nominibus censeantur, Insuper<sup>3</sup> Molendinum, quod dicitur Hakin Mole<sup>4</sup> cum fluuio dicto Nwet, superius vsque ad Molendinum, dictum Nyenborgir mole<sup>5</sup> cum aquis et Lignis et agris cultis et incultis, eidem Molendino atinentibus, cum Jure infimo et supremo, cum Jure patronatus, Piscaturis, Gurgustis, Paludibus, Pascuis, Pratis, Graminibus, mericis, siluis, lignis, virgultis, rubetis, agris, Ad dictum opidum Postamp pertinentibus, bonis pheodalibus<sup>6</sup> siue propriis, cum omnibus Juribus, fructibus, prouentibus, precariis, seruiciis, exactionibus, vtilitatibus, Libertatibus<sup>7</sup> et pertinenciis quibuscunq, ad predictum Opidum et Castrum Postamp, ex debito Jure siue antiqua consuetudine pertinentibus, prout predecessores nostri Marchiones Brandenburgenses et nos eadem bona hactenus habuimus et possedimus, perpetuis temporibus pacifice possidendum. Nos vero ob honorem et reuerenciam omnipotentis dei, et gloriose virginis Marie sue genitricis, omniumque sanctorum et ob perhennem gloriosissimi domini ac domini Karoli Romanorum Imperatoris Regisque Bohemie patris nostri dilectissimi, pie recordacionis, nostrique heredum quoque et successorum nostrorum animarum memoriam, predictum Opidum et Castrum Postamp, cum omnibus et singulis prenarratis Iplis, Abbati, Conuentui ac Monasterio predicto Lenyn Apropriauius et imperpetuum donauimus ac nichilominus per presentes imperpetuum apropiamus ac solempni apropiacione donamus, nullo penitus nobis ac nostris successoribus, in predictis bonis Jure reseruato, Renunciantes pro nobis et successoribus nostris omni Juri, accioni et impetitione, quod uel que nobis ac successoribus nostris imprefatis bonis competit, competeat seu competere poterit quomodolibet in futurum, Inhibemus eciam ne quis Judicium, aduocatorum et Bedellorum nostrorum in eisdem bonis antedictum Monasterium quoquomodo presumat molestare. Insuper promittimus, quod si necessitate cogente, per nos, successores seu aduocatos nostros, congregacionem fieri oporteret, non Abbatis aut Monasterii, nec



inquilinatorum eiusdem Opidi, sed nostris hoc fiendum sub expensis. Et si contingeret,<sup>8</sup> quod deus avertat, quod predictum Opidum, seu Castrum ab inimicis seu vassallis aut alias expugnaretur vel caperetur, volumus et promittimus de manibus eorundem inuasorum eripere ac predictis, Abbati et Monasterio, absque contradiccione (qualibet) et dilatacione restituere nostris propriis sub expensis. Testes huius sunt Strenui ac famosi viri, Zandowogius<sup>9</sup> staracius cracouie et Dameracius<sup>10</sup> staracius Polonie, Milites, Johannes, dictus Ban<sup>11</sup> Slauorum terre dominus, Curie nostre Magister, nec non Magister Conradus,<sup>12</sup> noster prothonotarius (et) Ortwynus, terre Marchie nostre Brandenburgensis generalis Notarius,<sup>13</sup> cum pluribus aliis<sup>14</sup> personis fide dignis. Datum Poznaw,<sup>15</sup> Anno domini Millefimo Tricentesimo Octuagesimo secundo, Ipso die<sup>16</sup> Cosme<sup>17</sup> et Damiani, (Martirum) beatorum, In quorum Omnium<sup>18</sup> testimonium presentes<sup>19</sup> Sigilli nostri appensione fecimus roborari.

Anmerkung. Original auf Pergament sehr wohl erhalten, mit dem großen Siegel und Gegeniegel des Markgrafen im M. f. Archiv No. 124 M. Ein zweites Exemplar dieser Urkunde auf Pergament — wohl erhalten, hat nachstehende Varianten: die in der obigen Urkunde eingeklammerten Worte fehlen in diesem zweiten Exemplare ganz; die anderen Varianten sind hier unten bezogen und angeführt.

1) Wittenzee. 2) quibuscumque. 3) Item. 4) Hakynmole. 5) Nyenborger mole. 6) feodalibus. 7) libertationibus. 8) contingerit. 9) Sandovogius. 10) Domeracius. 11) Baan. 12) Cunradus. 13) Prothonotarius. 14) aliis pluribus. 15) Possnaw. 16) martirum. 17) Cosmodi. 18) et Singulorum. 19) has literas nostras.

Ein mittlerer Siegel des Markgrafen mit der Legende: Secretum Sigismundi dei gracia marchionis brandenburg. Ein gewiertheiltes Schild, im 1. und 3. Felde ein doppelt geschwänzter aufrecht stehender Löwe, im 2. und 4. ein rechtsstehender einhöpfiger Adler, ohne Gegeniegel.

Mittheilung des Ritters v. Plumeth auf Rzikowg, Directors des Mährischen-Ständischen Archives zu Brünn.

#### XC. Der Havelberger Bischof Dietrich berichtet das Zeugniß Henze's, daß die Kirche zu Plögin dem Domkapitel zu Brandenburg gehört, am 3. Juli 1384.

Thidericus, dei gratia Episcopus Havelbergenfis, Recognoscimus in hiis scriptis, quod nuper venerabilibus patribus, videlicet Brandenburgensis et Lubucensis ecclesiarum episcopi ac nobili Alberto, comite de Lindow, Lippoldo de Bredow, milite, ac aliis serenissimi principis ac domini nostri, domini Sigismundi, marchionis Brandenburgensis consiliariis, capitaneis ac consulibus suarum civitatum in Berlin vocatis et congregatis, in quorum atque nostra presencia constitutus honorabilis vir, dominus Hentzo, prepositus dicte ecclesie Brandenburgensis, proponens quomodo ipse et dicta ecclesia Brandenburgensis nec non prepositi, sui predecessores, qui pro tempore fuerunt, quandam villam Plottzin, Brandenburgensis dyocesis in territorio Czucha situatam, pleno jure et cum omnibus suis pertinenciis ab antiquo et tanto tempore, ejus contrarium in memoria hominum non existit, habuissent, tenuissent et possedissent ac hodie habent, tenent et possident et presertim cum quibusdam redditibus, qui apud nos precarie nuncupantur, super quibus precariis ac aliis predictis idem prepositus patentes literas valde bonas antiquorum principum predecessorum prefati domini nostri Sigismundi, marchionis, atque privilegia produxit et coram su-